
14

— *Utrecht.*

7550. In Latin, on parchment: written in 1756 at Utrecht: single sheet, $26 \times 17\frac{3}{4}$ in., kept in a modern cloth box $12\frac{1}{2} \times 9\frac{1}{4}$ in.; with seal in a metal case attached by a ribbon.

Diploma of the University of Utrecht, conferring upon Bernard van der Hagen of Maestricht the degree of doctor of laws, 4 Aug., 1756; subscribed by J. H. van der Does, with seal and counterseal of the University attached.


ACC. NO.

RECTOR & PROFESSORES ACADEMIÆ ULTRAJECT: LECTORI S. P.

Solenne & præclarum est majorum nostrorum Institutum, ut qui emenso per indefessam industriam Studiorum cursu, fructus laborum suorum ferre, atque ad adjuvandam ornandamque Ecclesiam & Rempubl: in partibus sibi credendis accedere satagunt, Academiæ alicujus examini sese subjiciant, atque ab ea debita virtuti ac eruditioni suæ præmia et decora consequantur. Cum itaque Ornatiss: præstantissimusque Vir D^us BERNARDUS Van der HAGEN Trajectinus diligentem Juri operam satis diu navasset atque jam ad exhibendum eruditionis suæ specimen paratus esset, petiissetque a nobis, ut ipsum Titulo Academico doctrinæ suæ conveniente ornaremus. Nos æquiss: honestissimæque ejus petitioni satisfacere volentes, eundem per universam Jurisprudentiam examinari curavimus per Clariss: Consultissimosque Viros Juris in hac Academia Antecessores, ac L. 24. Cod: de Usuris & L. 6. pr. ff. qui Testam: fac. poss: sibi præscriptas accurate & subtiliter explicantem, necnon ad dubia atque argumenta a nobis mota ac opposita solide respondentem, ac tandem Theses inaugurales de Vi Bonorum raptorum cum adjectis Corollariis strenue ac feliciter defendentem audivimus. In quibus omnibus cum insignem eruditionem suam ac juris peritiam pari cum modestia conjunctam nobis probasset, virtuti atque honestis studiis debitum honorem petenti merito contulimus. Quapropter ex auctoritate ac potestate nobis ab Illustr: ac Potentibus Provinciæ Ultrajectinæ Ordinibus concessa atque tributa, eundem D^num BERNARDUM Van der HAGEN per Clariss: Consultissimumque Virum D^num JACOBUM VOORDA, J. U. D. Juris Civ: & hod: Professorem Ordinar: Utr: Juris Doctorem creavimus ac renunciavimus, creamus ac renunciamus, dedimusque ac damus ei hoc nostro Diplomate facultatem Cathedram Doctoralem conscendendi, de jure respondendi, consultandi atque in Foro causas agendi. Tribuimus ei insuper omnes immunitates, privilegia ac prærogativas, quæcunque vero Juris Doctori legibus aut consuetudine concedi tribuique solent. Quæ omnia ut testatiora forent, publicum hoc Diploma manu Rectoris Magnifici & Promotoris, necnon Secretarii nostri signatum, ac majore Academiæ Sigillo confirmatum ei dari curavimus. Ultrajecti ad diem 4. Augusti Anno 1756.

J: H: Vander Does. Secr:

Senatus Universitatis Glasguensis

Lectori Salutem.

Quum vir egregius Joannes Barr coram nobis Senatu Universitatis Glasguensis comparuerit, seque curriculum Studiorum ad Artes Chirurgicas, Obstetricas, et Pharmaceuticas pertinentium, nostris legibus statutum, peregisse testatum fecerit, nos eum per scientiam earum Artium curavimus examinandum. In quo Examine cum præclaram eruditionem Artiumque dictarum peritiam abunde probaverit, nos dictum Joannem Barr Artium Chirurgiæ, Obstetrices, et Pharmaceutices Magistrum creandum censuimus et declarandum, Artiumque earum Magistrum eum creavimus et declaravimus, et his eum Literis Chirurgiæ Magistrum appellamus, atque apud omnes haberi et appellari volumus. Eique potestatem damus plenissimam de rebus Chirurgicis, Obstetricis, et Pharmaceuticis Legendi, Docendi, Consultandi, Scribendi, et Disputandi; omnes denique tam Theoriæ Chirurgicæ quam Praxeos Actus exercendi: et omnes simul Honores, Prærogativas, omnes, ei concedimus, et Privilegia, quæ veris Chirurgiæ Magistris conceduntur aut concedi solent. In quorum fidem, Literis hisce, communi Universitatis sigillo munitis, nomina nostra subscripsimus.

Datum Glasguæ
die vigesimo quinto Aprilis
Anno Æræ Christianæ
MDCCCXXVII.

Dun. Macfarlan Univ. Vice Cancell. et Coll. Præf.
Stevenson Macgill S.T.P.
Jac. Jeffray A. P.
Jac. Millar M.P.
Jacobus Mylne Eth. Prof.
Gulielmus Meikleham Phys. Prof.
Walterus Davidson J.C.P.
Jacobus Couper Astr.
Gulielmus Macturk Hist. Eccles. Prof.
Lockhartus Muirhead Hist. Nat. Prof.
Josias Walker L. H. P.
Jo. Burns Chir. Prof.
Thomas Thomson Chem. Prof.
Gul. J. Hooker Bot. Prof.
Gavinus Gibb Litt. Orient. Prof.
Jo. Towers A.O.P.
D. Sandford L.G.P.
Ro. Buchanan Log. et Rhet. Prof.